



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1857

CCCCLXIII. Bischof Berthold von Hildesheim, Administrator zu Verden,
bestätigt diese Stiftung, am 4. Mai 1481.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54909](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54909)

vicarien in den gudern der Vicarien alle jahr sunder vortoch, wan sick de Raed scheydet, handreyken und geuen V schilling pennige vor eyn stoueken wyens. Des tho orkunde und groter tuchnisse hebben wy Raedmanne upgenant unfer Stadt ingefegell benedden an dessen breu wittiken hangen laten na Christi Gebort verteynhundert jahr, dar nah in dem eyn und achtentigsten jahr, am daghe Philippi und Jacobi Apostolorum.

Aus Gercken's Fragm. 1, 134—139.

CCCCLXIII. Bischof Berthold von Hildesheim, Administrator zu Verden, bestätigt diese Stiftung, am 4. Mai 1481.

Bartholdus, dei et apostolice sedis gratia Episcopus Hildensemensis, nec non ecclesie Verdenfis perpetuus Administrator, Vniuersis et singulis Christi fidelibus presentes nostras literas visuris, lectoris seu etiam quomodolibet inspecturis, salutem in Domino sempiternam et presentibus fidem indubiam adhibere. Nouerit, quod ex fide digna relatione nobis facta ac sub fideli testimonio literarum spectabilis Consulatus Noui opidi Soltwedel, Verdenfis Diocesis, percepimus et intelleximus, quod honorabilis et prouidus vir Dominus Eghardus Vogeth presbyter et Hans Merlyn laicus et incola antedicti noui opidi Soltwedel, Verdenfis diocesis, ad laudem et gloriam omnipotentis Dei, intemerate virginis Marie et omnium sanctorum ac in refrigerium et salutem suorum et progenitorum suorum nec non omnium fidelium animarum et in diuini cultus augmentum quandam perpetuam Vicariam de Commenda in parochiali ecclesia sancte Katherine virginis et martyris supradicti noui opidi Soltwedel, Verdenfis diocesis, Et ad altare ejusdem virginis et martyris de consensu honorabilis et religiosi viri Domini Henrici Crogers plebani ibidem erexerunt, instaurarunt et fundauerunt ac in sustentacionem vicarii ejusdem, qui pro tempore fuerit ad eandem canonicè institutus, cum certis bonis et redditibus in fundacione descriptis et expressis dotauerunt, quam nobis exhiberi fecerunt, cujus principium vulgariter sic incipit Wy Borgermester und Raedmanne — — fuitque nobis subsequenter pro parte dictorum fundatorum humiliter supplicatum quatenus dictam fundacionem Vicarie de Commenda antedicta cum omnibus et singulis suis clausulis in fundacione expressis auctoritate nostra ordinaria approbare, ratificare et confirmare dignaremur. No svero Bartholdus, Episcopus et administrator prefatus, attendentes et considerantes intencionem et affectum dictorum fundatorum fore licitos et honestos, prememoratam fundacionem cum omnibus et singulis suis clausulis et continenciis auctoritate nostra ordinaria supradicta approbandam, ratificandam et confirmandam duximus, prout approbamus, ratificamus et confirmamus Dei nomine per presentes, omnia et singula bona ejusdem Vicarie jam applicata et in futurum fortasse applicanda sub nostra et ecclesiastica protectione suscipientes, volentes et dicta nostra auctoritate decernentes, quod prefata Vicaria cum pertinenciis suis gaudeat et gaudere valeat omnibus juribus, privilegiis et libertatibus, quibus cetera Vicarie et bona ecclesiastica in dicta ecclesia jure gaudere possint et valeant, inhibentes etiam sub penis juris omnibus et singulis, cujuscunque status, gradus, ordinis aut condicionis fuerit, ne quitquam contra dictam nostram confirmacionem et approbationem fundacionis Vicarie attemptent seu bona ejusdem indebite occupent quoquo modo; Alioquin contra

tales quanto arctius poterimus rite procedemus iustitia mediante. In cuius rei signum presentes nostras literas fieri nostrique sigilli iussimus et fecimus appensione communiri. Datum et actum in Castro nostro Sturwolde, Hildens. diocesis, sub Anno a natiuitate Domini Millesimo quadringentesimo octuagesimo primo, die vero Veneris, quarta mensis Maji, presentibus ibidem honorabili et prouido uiris Domino Eberhardo Rizmann, presbytero, et Conrado Wolemann, laico dicte Verdenis diocesis, testibus ad premissa vocatis pariter et requisitis.

Gerten's Fragm. I, 139—141.

CCCCLXIV. Bischof Berthold von Hildesheim, Administrator zu Verden, genehmigt die in Betreff der Dotation des Michaelis=Altars in der Marienkirche zu Salzwedel getroffenen Veränderungen, am 4. Mai 1481.

Bartoldus, dei et apostolice Sedis gratia Episcopus hildesheimensis, necnon ecclesie verdenis perpetuus Administrator, Vniuersis et singulis cristifidelibus presentes nostras literas visuris, lecturis, auditoris seu eciam quomodolibet inspecturis, Salutem in domino sempiternam, Noueritis, quod hodie die dato presentium constituere coram nobis honorabilis vir dominus Gherardus Ritzman, presbiter et perpetuus vicarius ad altare Sancti Michaelis archangeli in parochiali ecclesia beate Marie virginis opidi Soltwedell, supradicte verdenis diocesis, situm, Et nobis exposuit, qualiter de nostris licentia et assensu pridem a nobis obtentis, propter graues sibi conuenientes causas, vobis tunc per eundem expositas, pro fructibus et redditibus eiusdem vicarie prius per quosdam Birstede et kagenberghe fundatores eiusdem vicarie applicatis ac per ipsum venditis, alios fructus et prouentus ad et in sustentationem vicarij eiusdem, qui pro tempore ad eandem canonicè fuerit institutus, comparauerat, prout et quem ad modum hec et alia in quadam patenti litera per Consulatam veris opidi Soltwedell sigillata, Et quam nobis pro innouatione eiusdem vicarie ad revidendum et approbandum obtulit, plenius continentur et habentur, Nobisque humiliter supplicauit, quatenus dictam Innouationis, foundationis literam videre et foundationem vicarie sic ut premititur alteratam et innouatam auctoritate nostra ordinaria innouare, ratificare, approbare et ad perpetuam rei memoriam confirmare ac bona eiusdem vicarie, sic comparata et comparanda, ac alias acquisita et acquirenda, denuo sub nostra speciali et ecclesiastica protectione suscipere dignemur. Nos igitur Bertoldus, Episcopus et administrator prefatus, Attendentes petitionem dicti domini Gherardi fore iustam et consonam rationi, dictam literam foundationis vidimus et diligenter examinauimus, Et quia omnia in ea contenta considerauimus fore iusta et canonica ac in diuini cultus augmentum pro maximo tendere ideoque ipsam pro noua fundatione innouandam, ratificandam, confirmandam et approbandam duximus, prout innouamus, ratificamus, confirmamus et approbamus dei nomine per presentes, Bona omnia eiusdem vicarie iam applicata uel forsitan in futurum applicanda, sub ecclesiastica et nostra speciali protectione suscipientes, Volentes et auctoritate nostra ordinaria decernentes, quod dicta vicaria denuo confirmata omnibus et singulis iuribus, priuilegiis et libertatibus gaudeat et gaudere debeat, quibus cetera vicarie dicte ecclesie et bona ecclesiastica eiusdem jure gaudere possint et valeant, inhiibentes eciam sub penis juris, omnibus et singulis, cuius-